



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

De co[mmun]i[on]e, & alijs vsq[ue] ad fine[m] miss. c. 22.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

secreto dicuntur vsq; ad illa verba in conclusione, **Per omnia secula seculorum.** que clara voce proferuntur, et incipitur Prefatio. Prefationes autem dicuntur, vt in ordinario adnotatus est: que in Quadragesima, Tempore Pascali, et infra octauas proprie assignantur, dicuntur etiam in Dominicis, et festis que illis temporibus celebrantur: nisi illa festa propriam prefationem habeant. In missis votiuis dicitur etiam Prefatio propria, si propriam habeant. Et quando aliqua missa votiuam p publica causa solemniter celebratur, dicitur in cantu solenni vt in duplicibus. Post prefationem incipitur Canon Misse secreto, in quo feruntur oia, vt in ordinario. ubi vero **Tricenis** infra actionem, vel alia variari contingit, suo loco in proprijs missis adnotat. **De coione, Post coione, Itemissa est, vel Benedicamus** **domo, de Benedictione, et Euangelio Sancti Joannis. Cap. 22.**

Eacto Canone, et alijs omnibus vsque ad communionem, ea peracta dicitur communicatio: et orationes post comunione, eodem modo, et ordine vt in principio missae, et repetito, **Domine vobiscum** dicitur, **Itemissa est, vel Benedicamus domino,** pro temporis ratione. **Itemissa est** dicitur, quandocumque dicitur, **Gloria in excelsis:** cum non dicitur, eius loco dicitur, **Benedicamus Domino. R. Deo gratias.** In missis Defunctorum, dicitur, **Requiescant in pace. R. Amen.**

Dicto **Placeat** datur Benedictio, que a celebrante semper datur in missa, preterquam in missis Defunctorum. Deinde dicitur Euangelium sancti Joannis, **In principio,** quod nunquam pretermittitur in missa, nisi quando fit de festo in aliqua Dominica, vel feria que habet Euangelium proprium, tunc enim eius loco dicitur proprium. Et in tertia missa de die Natiuitatis Dni dicitur Euangelium de Epiphania, **Luz natus esset Jesus.**

De ordinanda Missa ex supradictis rubricis. Cap. 23.
Supradictis rubricis cognitis, si quis velit ordinare missam dici, recurat ad ordinarium missarum de Tempore, vel de Sanctis secundum qualitatem Officij. Si propria non habeat, recurat ad Communem Sanctorum. Si de feria agendum sit, et propria missa non fuerit de feria, Dicatur missa precedens Dominice, omisis **Gloria in excelsis,** et **Symbolo,** preterquam **in Paschali,** in quo semper dicit, **Gloria in excelsis,** vt supra excepta